



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXXXVI. De Bello fratrum de Christburg in secunda Apostasia, & de  
quodam miraculo, & de occisione multorum Pruthenorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Tent.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.*

rovium Secretarium suum. Capitulum interim sibi elegerat Nicolaum à Tungen. Hinc ad bellum res devenit, donec tandem Anno 1479. Nicolaus Tungenus à Rege in gratiam receptus promisit cum Capitulo, in posterum non nisi gratum Regi Episcopum à Capitulo electum iri. Vid. Cromer. *lib. XXXIX. sub an. 1479.* Sed & hinc controversiis exortis de grato Regi Episcopo, tandem Fabianus de Lufinianis sub certis conditionibus Regi Sigism. I. jure Patronatus cessit An. 1512. d. 7. Decemb. in Comitibus Petri coviensibus. Hæc pleraque deprompta sunt ex libro MS. qui inscribitur: Fundatio, jura, Privilegia Ecclesiæ Varmiensis Conf. & Schuz.

(b) Serge habet Codex Thorunienfis, ut & Jeroschinus. Hodie vocatur Passaria, At Hennebergerus in *Comment. ad Tab. Geogr. Prussia lib. de fluminibus* habet alium fluvium Sirgune sive Sirge, in lacum Draufen se exonerantem, qui cum hoc fluvio non est confundendus. *Vid. infra cap. 138. ubi de Sirguna: & supra cap. XI.*

(c) Codex Regiomontanus habet et. nos ex Thorunienfi restitimus, à loco.

CAP. CXXXVI.

De

*Bello fratrum de Christburg in secunda Apostasia, & de quodam miraculo, & de occisione multorum Pruthenorum.*

FRater Theodoricus dictus (a) Rode, Commendator de Christburg infra secundam Apostasiam exiit cum fratribus & peregrinis numero centum, & post deprædationem terræ Pogefaniæ, secuta fuit eos innumera multitudo Pruthenorum, quam dum sine conflictu evadere non posset, confusus de misericordia DEI vertit faciem suam ad eos, & dum viriliter aggredere in bello, conversi sunt in fugam, & fratres & peregrini

Gg

sequen-



*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Magister Pruss. Prov.*

sequentes ipsos, tot occiderunt, quod nunquam à paucis hominibus uno die tot fuerunt interfecti. (b) Captivi autem, qui ligati ducebantur à fratribus, dixerunt, quod vidissent in actu bellandi unam pulcherrimam Virginem vexillum fratrum in aëre ducentem, de qua visione tam meticulosi facti fuerunt, & emarcuit Cor eorum, quod nullus ad defensionem ponere se audebat.

## ANIMADVERSIONES.

AD CAP. CXXXVI.

(a) Jeroschinus habet Rodde Fragmentum Thoruniense Rhode. Ex hâc familiâ dubio procul oriundus fuit Wilhelmus de Rode Nobilis Lovaniensis, qui seculo sequenti decies octies in Prussiam expeditione susceptâ tandem anno Domini 1392. obiit & Lovanii sepultus est in æde sacra Dominicanorum Choro medio. Lapis sepulchralis hanc habet inscriptionem: *Miles Wilhelme de Rhode Mors sepelivit te, cujus multas acies audacia trivit. Tu vice versa Prussos adisti, & semel ad Christi tumultum propria sub habena &c.* Ex hac stirpe etiam Justus Lipsius genus suum deducit. Nam Ægidius Rhodius Justii Lipsii, de quo nobis sermo est, proavo, filiam suam in matrimonium collocaverat. Uxor etiam Philologi hujus incomparabilis ex hac stirpe fuit oriunda. *Vid. J. Lipsius in Lovanio. lib. 2. cap. 8.*

(b) Hæc usque ad finem capitis in fragmento Thoruniensi desiderantur.

## CAP. CXXXVII.

De

*Expugnatione cujusdam propugnaculi.*

Congregati Pogefani rursus bella movere volunt, & procedentes usque Christburg, quoddam Castrum situm juxta ipsum,